


AUGUSTISSIMÆ MAJESTATI

CAROLI II.

Magnæ Britanniæ, Franciæ, & Hiberniæ Regis
Desideratissimi, Fidei Defensoris; &c.



כל מה שנזכר בחרותם ובכהוביהם רומיים אל החכמה Omnia quæcunque in Lege, Prophetis, & Hagiographis extant memorata, sapiunt & respiciunt ad Sapientiam b.e. Messiam. Folia SS. Scripturarum sunt fasciæ Christi, quibus placidissimè involvitur Unigenitus ille, & æternus Dei Patris filius. Has plurimum (ni fallor) quam post homines natos unquam antea, Linguarum præcipuarum maximèque primitivarum ornatu variegatas, inque uno veluti fasce simul colligatas, ante undecim annos in Bibliis Polyglottis, orbi dedimus literato. Enjam tandem, in Heptaglotto hoc Lexico, quod ad pedes T.M. quam humillimè provolvo, sub Maximi Nominis T. auspiciis, non unam tantum (qualis illa quæ Magis aliquando visa est) sed septem stellarum plaustrum (CAROLINI instar illius quod in cœlis) tum ab Oriente, tum à Meridie exortum, ad Lumen omnibus salutem atque Servatorem suum, illo in loco ubi solum & semper conspicendus jacet quærentibus, patefaciendum exhibemus. Utrumque hoc opus reverâ unum est, idémque. Quid enim aliud SS. Scripturæ fine Interprete, quam conclusus hortus, & fons obsignatus? Neque cum varietate bac Linguarum, præ aliis harum, quæ primæ sunt ab Hebreæ derivationis, & (ut loquuntur) extractionis, Interpres alius in hoc genere comparandus est ullus: Non S^u. Patres, quantumvis primitivi, hac dote destituti; non Scholastici, non Commentatores, antiqui vel moderni; non ipsa Ecclesia, nedum Philosophia, ut somniant quidam Neoterici.

De Ave quadam, cuius nomen apud Syros historicos καὶ αὐτὸν ἡγέτην apud Græcos & Latinos Epi-machus ferunt, harum in parentes senio confectos tantum esse amorem, ut eos benignè foveant.

præ aliis harum, quæ primæ sunt ab Hebræa derivationis, & (ut loquuntur) extractionis, Interpres alius in hoc genere comparandus est ullus : Non S^u. Patres, quantumvis primitivi, bac dote destituti ; non Scholastici, non Commentatores, antiqui vel moderni ; non ipsa Ecclesia, nedium Philosophia, ut somniant quidam Neoterici.

De Ave quadam, cuius nomen apud Syros historicos 玛拿西·沙勿略; apud Græcos & Latinos Epimachus, ferunt, harum in parentes senio confectos tantum esse amorem, ut eos benignè foveant, nutriantque, necnon cœcutientibus ipsorum oculis, ac tantum non cœcis, quibusdam applicationibus, visum deniò restituant clarum ; Idem officium præstant filiæ istæ sex primogenitæ, Chaldaea, Syra, Samaritana, Æthiopica, Arabica, Persica, in gratiam matris Hebrææ ; cuius caligini in quamplurimis vocibus auxilio sunt, atque illustrationi, sæpè supra quod dici potest, singulari. Sub unaquaque ferè radice, hujusce rei veritas constabit luculenter.

Nullus opinor Lexicographus (quod ingenuè fatendum) mediis ad certissimam Maternæ hujus Linguae intelligentiam fructus est magis abundantter, quam nos, in longo hujus Operis decursu, qui Facem hic tantum præferimus aliis, quâ ipsi Lumen multò splendidius, tum Arcanis Dei eloquiis, tum etiam universo Orbi aliquando tradituri sint Christiano.

Est maximo totius Africæ Imperatori Templum quoddam οντος dictum, in quod nemini sine munere suo licet introire. Ego jam secundâ vice M.T. aulam ingressus sum cum munusculo meo, levidensi nimis, quia T.C. nihil à subdito offerri queat Magnum. Interim venia (uti spero) mibi dabitur usurpandi illud sacratissimi ac planè Regii Vatis, Domino meo Regi victimas me neutiquam immolaturum gratuitas ; sed (si fas dicere) carè quidem emptas. Non enim qui plura dedit, sed cui paucissima sunt relicta, qui δῶλον τὸ βίον, quicquid facultatum habet, in Dei, Principisve sui conjicit donaria, is demum à supremo Mundi judice laudatur maximè. Hoc puto innotescit omnibus, scilicet quibus ego notus sum, nihil esse quod mibi parentes reliquerunt, (Patrimonium aliquando satis commodum atque amplum) nihil quod in anteacto vitæ meæ tempore laboribus meis atque sollicitis acquisiveram curis (accessio minimè contemnenda) quod non integrum in offertorium hoc jam olim impenderim.

Annus jam agitur decimus septimus, ex quo relicto rure paterno, immanibus bisce atque tremendis ausis (talia fuerunt certè) non sine M.T. consensu, quum primum specimen hujus Operis